cere quod venus facit hūiditatē circa eā quod facit luna. Et id quod dirit per magnā lucē vult dicē
quod modic⁹ calor facit hūores currē. Dicit Haly Abēragel venus ē fortuna frida et hūida
nocturna hylaris gaudiosa apparētie bone lipida formosa: diligit ioculatiōes cātatio
nes comedētōes et potatiōes et vitia: est māsueta et pauci mot⁹: est mīles sigtrix et iace
di: cum eis amoris amicitie et societatis: recipit martē per nā fornicatiōis et limpidadē
abhorret ipsa per hērietatē nāe sue quod est calitas et siccitas. Separat se ab eo et malū et fortu
nā suā repellit a seipso per māsu et studinē bona p̄ba solatiū bonū et māsueta loquelā. Cō
cordat cum saturno ī friditate et proueniētia quā hēz cum eo ī libra: quod est domus viuū et
eraltatio alteri⁹. Et discordat cum eo ī moribus tristitūs et dolorib⁹ suis et eo quod satar
nus est p̄sus modici cum mulierib⁹. Status veneris cum statu solis est filis statui mulieris

Cōmentum Joānis de saronia

ris versus virū. Dicit Alfraganus q̄ corpus veneris est vna ps de 3 7 ptibus terre.

Hic ponit nām mercurij t p̄z in lē tera. Dicit Ptolemeus : siccitas

Mercurius cōmixtus. No t humiditas mercurij est p vnu eq̄le: qm̄ aliquā desiccat t effugat humores eo q̄ nunq̄ elongat multū a calore solis ēt nullo tpe t aliquā humectat eo q̄ positus est sup sphērā lune que est circa terrā magis quā oēs alie sphēre t mutat ad hos duos status t facit vētos ppter serotinas mutationes eius circūquaq̄ solem. Dicit Haly in cōmēto. Tluit dicere q̄ opus mercurij nō est vna res sola: qm̄ aliquā desiccat t aliquā humectat. cū autē desiccat est q̄n soli applicat t est tūc opus suu in calefaciēdo t siccādo sic̄ est opus solis. Humectare autē suū est ppter vim suā que cōmisceſ cū illa lune que posita sub eo t q̄ est opus suū sic̄ opus lune. Et Ptolemeus q̄n cōparationē facit de ope mercurij cū illo solis inuenit q̄ aliquā faciebat opus tale q̄le sol. Et q̄n cōparationē facit cū ope lune: iuenit q̄ aliquā faciebat opus tale q̄le luna. Et exptus fuit b̄ multotiens t iuenit q̄ semp alterz duoz̄ operz faciebat t scivit pro certo q̄ opus suu est sūm opus aliaz̄ stellaz̄ cum qbus innolvit: t opus pprīum in se. nō h̄z. Dicit Haly Abenragel. Mercurius est p̄la maleficior̄ violentiar̄ documētor̄ scribanie cōputationū sciaz̄: calidus est t siccus fortune t nāe pueribilis: masculus cū masculis feminus cū femininis: fortuna cū fortunis: ifortuna cū ifortunis: bñ rōnatus: bñ loquēs ausus in loquēdo: pulchre apparētie: composite psone: diligit libros t cōputationes. Placēt ei magisteria: res bñ facte pulchre rōnes p̄ficare libri ac scie: agilis est i motu t p̄petatis ardētis: alacer t mobilis in oibus rebus suis: t est vnu triū planetaz signiū pluuias t p eū t p mutationē suā de signo in signū: t p ei statū ac retrogradationē t directionē iphius t p oppōnes t p̄iunctiones suas scient̄ mot̄ vētor̄ t ei fortitudines. s. si erūt fortes vel debiles in oibus ptibus illius anni: qm̄ qn̄ exit de vno signo t itrat aliud: vel qn̄ est stationarius aut retrogradus siḡt vētos fortes humiditates t pluuiā t in aere accidētia de nubib⁹ turbatiōes t his filia. Sist qn̄ est in oppōne lune exīte lune in aliq̄ signoz̄ aqueoz̄ vel aereoꝝ siḡt q̄ pdiximus. In reuolutiōe annoꝝ mūdi h̄z magnā t veridicā signiōes sup tenētes officia regū. Alfraganus dicit q̄ quātitas corporis mercurij est vna pars de 3 2 millibus partibus corporis terre.

Vna fortuna femina nocturna. Hic ponit na-
tūra lune. sūria p̄z. Dicit Ptolemeus maior virtus lune est humectare: pro eo q̄ est mul-
tum circa terrā t ppter fumositatē frigidā que per eam eleuat: t ppter hoc ad statuz
talez̄ mutant̄ corpora manifesta mutatione: q̄ facit mutari t putrescere corpora ut plurimū: t h̄z ēt cū sole p̄ticipationē modicā in calore pro eo q̄ recipit lumen ab eo. Albu-
masar redarguit Ptolemeū in cā naturaz̄ planetaz̄ t sunt p̄ba sua ista: q̄si plures re-
ges grecie fuerūt sapientes post Alerādrū filiū P̄hilippi: wocabaturq; vnuſq; eoz
Ptolemeus: fuerūtq; numero decē t vna mulier: erantq; regnātes in egypto: t fue-
runt anni regni eoz 2 7 5 fuerunt vniuersi sapientes ex qbus fuit Ptolemeus vnuſ
qui edidit librum Almagesti sup causam motus circuli t quicqd in eo est ex plis. Et
quidā eoz edidit librum de iudicis astroꝝ referens eum ad Ptolemeū auctorē libri
Almagesti. Diciturq; q̄ ille qui edidit librum iudicior̄ ipse edidit libruꝝ Almagesti.
nesciturq; veritas huius rei: sed ille qui er eis edidit libruꝝ iudicior̄ narravit in libro
suo nās planetaz̄ t eoz cās. Incepitq; dicere q̄ sol calefacit in suanitate ac mora t q̄
op̄ eius sit in hoc enidētius t fortius ope ceteroz̄ planetaz̄ pp̄ magnitudinez eius t
quāto magis eleuat ad zenith capitum n̄roꝝ augeſ nobis calor. Et putauit qd natu-

ra lune sit humida pp primitatē circuli eius a terra t pp receptione vapoꝝ: qꝫ ad ea eleuant ex ea. Et putauit qꝫ nā saturni sit frigida t sicca pp lōgitudinē circuli eius a calore solis t lōgitudinem eius ab humiditate vapoꝝ terre. Et putauit qꝫ martis nā esset calida t sicca eo qꝫ color eius filis est ignis: t qꝫ est ppe sole: t qꝫ est sub eo erigitur qꝫ calor eius ad eū t calefacit eū. Et putauit qꝫ Juppiter sit eqlis cōplexionis: eo qꝫ sit ei⁹ circulus iter circulos saturni t martis. Et pp hāc cām est nā eius cala humida eqlis t tēperata. Et putauit qꝫ veneris nā sit cala humida equalis. calor aut̄ eius ex ppinqtate circuli eius ad sole. Humiditas ḥo ex vapore humido qꝫ ptingit eaz ex terra. Putauitqꝫ qꝫ nā mercurij sit in qbusdā horis sicca: t in qbusdā humida. Sicci tas eius pp appropinqratē eius ad sole: t qꝫ nō elongaf ab eo elongatione maxima. Hu miditas ḥo eius pp primitatē circuli eius circulolune. Hoc est qꝫ putauit Ptoleme⁹ in naturis planetarꝫ: t hec est rō qua v̄sus est sup hoc. Sz nos dicemus nūc qꝫ sit in ei⁹ dictis pūgendus. i. reprehensione dignus. nā qꝫ putauit ex sole t calefactione rex ab eo in suavitate t mora hoc inuenit ex suo ope. qđ aut̄ dirit qꝫ nā lune sit humida pp primitatē circuli eius a terra t receptione vapoꝝ qꝫ exigunt ex terra ad eā hoc repellit a sapiētibus eo qꝫ spatium qđ est iter faciē terre t ppinqorem locum in quo est luna sit 1 2 8 0 4 4. milliariorꝫ sere ea mēsura qua sit vñū milliariū. 3 0 0 0. cubitorꝫ. Et hoc pꝫ in libro in quo narrant lōgitudines corporꝫ supiorꝫ ab inuicē. Et nō plus eleuant vapores a superficie terre fm qꝫ narrauit Ptolemeus q̄ 1 6 stadia fm qꝫ stadium qua dringētorꝫ cubitorꝫ est: nā 1 6 stadia faciūt duo millaria t decimā ac tredecimā vni⁹ milliariorꝫ sere. lōgitudo ḥo lune qn̄ magis ppe ē superficie terre est vt dixim⁹ 1 2 8 0 4 4 milliariorꝫ sere. vñ ergo vel quō applicat vapor terre ad lunam quousqꝫ corrūpat vel mutet nām eius. Per modū p̄similē reprobat ipm in naturis aliorꝫ planetarꝫ: sed p̄ trāseo cā breuitatis Haly in cōmēto ppōnis p̄allegate de natura lune r̄ndet ad rōnes Albumasaris. Dicit enī Haly exponēs ḥba Ptolemei pmo. Postqꝫ docuit nos Ptolemeus qꝫ v̄tures stellarꝫ corporꝫ suorꝫ sequunt̄ magnitudinē t corpus lune paruū est sicut in Almagesti narrauit t eius opus sequit̄ opus solis in pte vna. Dicit hic qꝫ est hoc pro eo qꝫ multū est ppe terrā t puenit ad nos eius v̄tus ante qꝫ mutet t pp̄t hoc appet eius opus magis q̄ opus aliarꝫ stellarꝫ. Et videmus v̄siblē qꝫ attrahit humores terre t corporꝫ eā sequētū t pro eo qꝫ hz lucē a sole opat̄ in terrenis calorē modicū accidētalem cū quo facit putrescere t mutari humores existētes in corpib⁹: si cū onsum est in physica t in nā. Et manifestū est qꝫ lux facit calorē: t pōt hoc pbari p̄ specula que cōburunt t filia. t qꝫ luna lucē hz a sole puenit vt hēat modicū calorē quē facit sicut p accēs. Et hoc est id qđ vult dicere Ptolemeus. Et qꝫ hoc mō intellexit Albumasar credidit qꝫ erraret in dicto suo dices quō pōt fumositas humida ad lunā ascēdere cū fumositas ascēdere nequeat vltra 1 6 stadia t luna satis longius est. Ego ḥo risi de dictis talibus q̄lia sunt hec: t dixi qualr nō intellexit hoc: qꝫ Ptolemeus nō luit dicere qꝫ fumositas humida ascēdat v̄sqꝫ ad lunā: sed dixit qꝫ ascēsus fumositatis humide qui est v̄sus lunā docet nos qꝫ attrahit humores terre t aliorꝫ corporꝫ eaz sequētū sicut adamas trahit ferrū. Alfraganus dicit ancte Ptolemei qꝫ magnitudo corporis lune est vna pars de 3 9 ptibus terre: t dicit qꝫ maius corpus oīuz corporꝫ vni uerū est sol t post solē sunt 1 5 maxime stelle: dicit enim qꝫ vnaqueqꝫ eaz tenet corpus terre centies septies. Tertius in magnitudine est Juppiter: t qrtus saturnus. Post saturnū sunt stelle fire secūdi ordinis quaz quelqꝫ p̄tinet terrā nonagesies. Post ipsas sunt stelle tertij ordinis quaz vnaqueqꝫ p̄tinet terrā septuagesies t bis. Post ipsas sunt stelle qrti ordinis quaz quelibet p̄tinet terrā 5 4. Post ipsas sunt stelle qnti or-

Commentum Joannis de saxonía

dinis quaz quelz p̄tinet terrā 3 7. Post ipsas sunt stelle sexti ordinis et minor illaz. Unus minor oiu3 q̄ videntur: quaz p̄batio est possibilis p̄tinet frā 1 8. Alius corpus post ipsas est mars: post martē terra: post terrā venus: post venerē luna: et ultimo mercurius. Pr̄ igit̄ bī Alfraganū q̄ maius oiu3 corporaz est sol et min⁹ mercurius exceptis gñabilibus et corruptilib⁹. De lōgitudine istorū corporoz a terra dicit Alfraganus q̄ ppior lōgitudo lune a terra est 3 3 tātū quātū dimidiū diametri terre et 2 0 ps eius eritq; hoc 1 0 4 1 2 milliaria. Et est lōgitudo lōgiorū lune q̄ est ppior lōgitudo mercurij sexagesies c̄ter tātu3 q̄stum dimidiū diametri terre: et 6 ps eius qd̄ est 2 0 8 5 4 2 milliariorū. Et lōgitudo lōgiorū mercurij q̄ est ppior veneris est cētū sexagesies septies tātū q̄stum dimidiū diametri terre qd̄ est 5 4 2 7 5 0 milliariorū. Et lōgitudo venēris lōgiorū q̄ est ppior lōgitudo solis est millesies et cēties et vigesies tātū quātū dimidiū diametri terre qd̄ est 3 6 4 0 0 0 0 milliariorū. Et lōgitudo solis lōgiorū q̄ est ppior lōgitudo martis est 1 2 2 0 tātū quātū semidiameter terre qd̄ est 3 9 6 5 0 0 0 milliariorū. Et lōgitudo martis lōgiorū que est lōgitudo iouis ppior est 8 8 7 6 tātū quātū semidiameter terre qd̄ est 2 8 8 4 7 0 0 0 milliariorū. Et lōgitudo iouis lōgiorū que est ppior lōgitudo saturni est 1 4 4 0 5 tātū quātū semidiameter terre qd̄ ē 4 6 8 1 6 2 5 0 milliariorū. Et lōgitudo saturni lōgiorū q̄ est eqlis lōgitudini stellarū fixarū et est q̄stitas dimidiū diametri circuli signoz est 2 0 1 1 0 tātū quātū semidiameter terre qd̄ est 6 5 3 5 7 5 0 0 milliariorū. Et cū duplicatū fuerit hoc pueniet quātitas totius diametri circuli signoz. i. octaua sphera que est 1 3 0 7 1 5 0 0 0 milliariorū. Et cū multipli catū fuerit hoc p 3 et septimā vnius pueniet quātitas circūferētie circuli signoz vel cuiusq; alterius circuli maioris descripti in octaua sphera que est 4 1 0 8 1 8 5 7 0 milliariorū: eritq; mēsura vnius cuiusq; gradus circuli maioris 1 1 4 1 1 6 0 milliaria.

Ordine vō planetarū. Hic ponit ordinē planetarū inceptionibus pueroz. s. ordine nem in gubernādo fetuz quādiu est in vtero matris. Dicit q̄ saturnus gubernat ipsum ab hora p̄ceptionis usq; ad finē vnius mēsis. In secūdo mēse gubernat ipsum Juppiter. In tertio mars. In q̄rto sol. In q̄nto venus. In sexto mercurius. In septimo luna: et ppter hoc vt dī puer in septimo mēse petit eritū: q̄r opa oiu3 planetarū tūc sunt in eo cōpleta: et qui tūc nascuntur possunt vnuere pp̄ eādem cām. Deinde reuertit gubernatio ad saturnū et gubernat ipm in octauo mēse: et tūc q̄ nascuntur non viuunt ppter malitiā saturni. Deinde gubernat ipm Juppiter in nono mēse: et tunc cōiter nascuntur et viuunt pp̄ bonitatē iouis. Deinde ponit ordinē planetarū in regimēne corporis humani post nativitatē quātum ad pcessum in etatibus: et dicit q̄ luna incipit natū regere ab ingressu eius in mūdum: et regit ipm quatuor annis qui sunt anni nutritionis. Deinde mercurius regit ipsum decez annis. Deinde venus octo. Deinde sol nouē. Deinde mars 1 5. post hoc Juppiter 1 2. Deinde saturnū usq; ad finē vite.

Caput draconis. Hic ponit naturam capitis et caude draconis et partem litera.

Sicut fuerit aliq̄ dies. Hic p̄dit ordinē plaz q̄stū ad dñiuz diez et horaz et dīc q̄ 5 1 aliq̄ dies sit alic⁹ p̄le. p̄ma hora illi⁹ diei bī q̄ p̄ma hora icipit ab ortu solis est illius met et scda hora est p̄le q̄ succedit i ordine celoz descēdēdo et tertia tertij p̄le in ordine: et sic p̄ ordinē usq; ad finē 1 2 horaz diei artificialis. Et ille plaz cui⁹ est 1 3 hora ille est dñs illi⁹ noctis: et cui⁹ est 2 5 hora. s. p̄ma hora diei se quētis illi⁹ est dies sequēs. et auctor ponit exemplū in līra. ideo nō est nece p̄ ponā: et sic cōpleta est expositio scde dīc huius libri.

Et q̄ annuēte deo. *Ista est tertia d̄zia h̄ libri in q̄ auctor determinat de esse plaz in semetip̄is et terminat de eē eoꝝ adiuicē. s. vnius ad alterꝝ. Et diuidit in duas p̄tes: qm̄ in p̄ma de-* terminat de eē eoꝝ in semetip̄is. In sc̄da p̄te de eē eoꝝ adiuicē. sc̄da est ibi. De esse aut̄ ipsoꝝ adiuicē. Et illa diuidit in duas: qm̄ p̄ determinat de eē qnq; planetaz respe cto luminariū. Sc̄da de eē eoꝝ iter se. sc̄da ibi: eē aut̄. Pr̄io determinat de eē eoꝝ in se ipfis. Et est s̄nia lfe talis. P̄le aliquā dicunt̄ ascēdētes: et aliquā descēdētes: et aliquā dicū tur aucti lumie et magnitudie: et aliquā diminuti lumie et magnitudie. Et qnq; dicunt̄ aucti numero: et qnq; diminuti nūero. Et qnq; dicunt̄ aucti motu: et qnq; diminuti ī motu. Et oēs p̄le p̄ter solē dñr qnq; septētrionales: et qnq; meridionales. Et dñr ascē dētes et descēdētes i septētrione et meridie. Ista sūt q̄ accidūt plis i semetip̄is. Et ista exponit auctor p̄ ordinē i lra dicēs q̄ plaz qn̄ ascēdit i circulo suo eccētrico ita q̄ sit i su piori p̄te eccētrici sui nō distas ab auge p̄ 90 gra. an̄ vel retro: et tūc lumē eī appet nū nūs et appet minor i q̄stitate et eī cursus est tūc tardus q̄stū ad motū cētri epicicli et dī tūc fortior. Qn̄ at̄ est i aliquā lōgitudinū mediaꝝ eccētrici sui. s. distas ab auge p̄ 90 gra. p̄cise tūc est eqlis i lumie et magnitudie et cursu. i. nō dī magn̄ neq; puus i lumie vel magnitudie et motū cētri epicicli est eqlis cū medio motu iphi. Lū vō fuerit extra h̄ loca. s. distas ab auge plus 90 gra. an̄ vel retro tūc descēdit et appet maior lumine et magnitudie et mouet cētrū epicicli tūc velociꝝ q̄z mediꝝ motū iphi. Et cū fuerit argumētu p̄le eqtū min̄ i 180 gra. s. qn̄ addit̄ eqtio argumēti sup mediū motū tūc dī au ctus nūero. Et si argumētu eqtū fuerit plus i 180 gra. s. qn̄ eqtio argumēti subtrahit̄ a medio motu tūc dī numero diminut̄. Sz i luna qn̄ addit̄ eqtio dī aucta nūero: qn̄ subtrahit̄ dī diminuta numero. Et qn̄ aliq̄s triū plaz altiorꝝ mouet velocius medio motu suo wcaf auct̄ motu: et qn̄ vadit min̄ medio motu suo wcaf motu diminut̄. Eodē mō itelligit̄ de sole et luna. Et qn̄ mouet tātū q̄stū medius motū suus tūc dī motu eqlis et qn̄ ven̄ vel mercurius mouet velocius q̄z sol dī auct̄ motu: qn̄ tardius dī motu diminut̄. Et qn̄ aliq̄s plaz et trāhuerit nodū iterationis deferētis sui cū ecliptica q̄ nodus wcaf gēçabar est septētrionalis. Et est septētrionalis ascēdēs. i. augēs latitudinē quousq; elōgat̄ fuerit ab iteratione p̄ 90 gra. Et cuz elōgat̄ fuerit plus 90 gra. ab iteratione est septētrionalis descēdēs. i. minuēs latitudinē quousq; elōgatus fuerit ab iteratione p̄ 180 gra. et tūc est iteratione opposita p̄me et nullā h̄ latitudinē. i. est in ecliptica: et cū trāhuerit illā fit eius latitudo meridiana et est meridionalis ascēdens quousq; elōgat̄ fuerit ab iteratione p̄me per 270 gradus. Et cū trāhuerit h̄c numerꝝ est meridionalis descēdens quousq; reuertit̄ ad iterationē p̄mā vbi latitudo eius erit nulla. Hec est sententia literē de esse planetaz in semetip̄is.

O Eē aut̄ ipsoꝝ adiuicē tractem⁹. *P̄ius detmīa uit de eē plaz i semetip̄is. Hic detmīat de eē eoꝝ adiuicē. et p̄ de esse qnq; plaz respectu lumiariū. Et didit̄ i q̄tuor p̄tes b̄m q̄tuor eē q̄ h̄nt p̄le erga solē et lunā. Primū ē visio faciei ad faciē. Sc̄dū ē securitas. Tertiū ē p̄bustio. Quartū ē oriētalitas et occidētalitas. p̄ ḡ detmīat d̄ visio faciei ad faciē. sc̄do de securitate. tertio de cōbūtiōe. q̄rto d̄ oriētalitate et occidētalitate. Maria ps ē i p̄ncipio. sc̄da icipit ibi: et ex h̄ ductoria. tertia ibi: et oīs plaz. q̄rta ibi: et ex q̄ altiores. C S̄nia p̄me p̄tis ē. Qn̄ aliq̄s plaz fuerit occidētalalis a sole. s. q̄ oriaſ post solō ortū et fuerit iter ipz et solē tot signa quot sūt iter domū illi p̄le et leonē q̄ est dom⁹ solis talis plaz dī eē in visione solis facie ad faciē. Verbi grā: capricornus est dom⁹ saturni et est sextū signū a domo solis. s. leone. cū igf*

Cōmentum Joānis de saronia

fuerit saturnū in sexto signo a sole cōputādo numerū signorū a sole Ihsus saturnū fīm or
dinē signorū. Alterū. n. nō eēt occidētalis si nō cōputareſ hoc mō tūc dī ipsum videre
facie ad faciē. Et signū sagittarij est qntū a leone: cū igit̄ Juppiter fuerit in qnto si
gno a sole iicipēdo a sole Ihsus iouē fīm ordinē signorū dī videre ipm facie ad faciez: z
sic de alijs. Et qn̄ aligs planeta fuerit oriētal a luna z fuerint iter ipsuz z lunā fīm or
dinē signorū tot signa quot sunt iter domū iphus planete z domū lune. s. cācruz: tūc dī
eēt in ei visione facie ad faciē. Verbi grā: cācer est signū sextū ab alia domo saturni. s.
ab aqr̄io: iōqz cū fuerit luna a saturno in 6 signo est iter eos visio facie ad faciez. Et ēt
cācer est signū qntū a domo iouis. s. a pīscib̄: iōqz cū fuerit luna i 5 signo a iouē fīm or
dinē signorū est iter eos visio facie ad faciē: z sic de alijs suo mō poteris exēplificare.

Et hoc ductoria planete. Hic determinat de. 2. esse g
planetaꝝ erga luminaria. s. de ductoria qd idē eſt q securitas. Et eſt ſnia talis qn̄ aligs planeta eſt in ſuo
haim z i aliq angulorū ascēdētis. s. in ascēdēte vel in 1 o vel 7 vel 4 domo z aliqd lumina
riū ſit in aliq angulorū ab ipſo planetā ita q ſit planetā in die oriētal a sole z in no
cte occidētal a luna: h̄c eſt vt ſit in die in 1 o signo a sole: tūc enī eſt in angulo a sole
z oriētal: vel i nocte in 4 signo a luna: tūc enī eſt i angulo a luna z occidētal: tūc dī
eēt in ſua ductoria. Angulus aut̄ oppōnis nō h̄z hic locū. Rō eſt: qz pla exīs i oppo
ſito ſolis vel lune nec eſt oriētal nec occidētal. Postea dicit q ſois pla a tpe quo ab
ſcōdīt ſub radīs ſolis vſqz ad tps quo icipit appere dī cōbūſtus. Et icipit cōbūrī qn̄
icipit itrare radioꝝ: z cū venerit ppe ſolē infra 1 z gra. wcaſ oppreſſus: z cū fuerit euꝝ
ſole in eodē gradu z fuerit iter eos minus ſemidiāmetro ſolis: z cū hoc latitudo pla
nete fuerit minor ſemidiāmetro ſolis dī vnitus vel incorpatus ſoli. Et cum transiue
rit hanc vniōne dī eſte in conualeſcentia donec ſit liberatus a radīs ſolis.

Et quo apparent altiores tres. Hic determinat de orientalitate
occidētalitate planetāꝝ. Dicit q tres planetē ſupiores qn̄ exeunt de ſub ra
diis ſolis z ſciptūt apparere de mane ante ortū ſolis quousqz veniāt ad oppofitū ſoliss
hoc eſt q ſint ppingores circulo oriētis oriētal qz occidētal qn̄ ſol eſt in linea me
die noctis tūc vocant oriētales z dextri. Vlocant oriētales eo q oriunt ante ſolē: z vocā
tur dextri eo q ſunt in dextera pte celi a ſole. Wars enim occidētal eſt dextera z oriē
tal finiſtra. Monat enim q hō vertat faciē ſuā versus meridiem: p̄z q ſiens eſt ſu
bi a finiſtriſ z occidēs a tertriſ. Et qn̄ aligs triū ſupiorū planetāꝝ trāſuerit oppo
ſitionē ſolis dī occidētal ſinister: dī occidētal nō q ſit in pte occidental celi a ſole:
imo huins ſtrum eſt ver. Sed dī occidētal pro tāto: qz occidit poſt ſolē. Et dī ſini
ſter: qz eſt in pte orientali celi a ſole que eſt finiſtra fīm q dem eſt. Venuſ ḥo z mer
curius qlibet eoz infa tps quo circuit epiclū ſuū iungit ſoli bis. vna vice p dire
ctionē. s. in ſupiori pte epiccli. Alia vice p retrogradationē s. in iferiori parte epiccli.
Igit̄ qn̄ aligs eoz ſepaſ a piunctione ſolis in medio retrogradationis ſue. s. in iferiori
pte epiccli recedit a ſole Ihsus ptem occidētalem celi. Et qn̄ elōgatus ſuerit a ſole
tātum q pōt videt de mane ante ortū ſolis: ideo tūc wcaſ oriētal dexter do
nec cōburat a ſole. i. donec iungit ſoli in ſupiori pte epiccli p directionē. Et cū ſepa
tus ſuerit a ſole p directionē videt de vespere poſt occasum ſolis: iō tūc wcaſ occiden
tal ſinister donec itez cōburat. Et eſt dīa iter veneře z mercuriū z tres ſupiores:
venus enim z mercurius qnqz in recessu eoz a ſole ſue in exitu de ſub radīs ſunt
oriētales: z qnqz in exitu eoz de ſub radīs ſunt occidētales. Planete aut̄ ſupiores
ſemper

semper cū exirent de sub radīs solis sunt orientales. Et dicuntur augmentari in fortitudine donec sint elongati a sole p 3 o gradus: et a 3 o usq ad 6 o dicuntur fortes. Et postquam elongati fuerint a sole ultra 6 o gradus dicuntur orientales eunes ad debilitatem usq ad principium retrogradationis. Et a principio retrogradationis usq ad oppositum solis dicuntur orientales retrogradi. Et ab oppositum usq ad directionem dicuntur occidentales retrogradi. Et a directione usq ad 3 o gra. post directionem dicuntur occidentales fortes. Et a 3 o gra. post directionem quo usq veniat ad 3 o gra. ppe sole dicuntur occidentales eunes ad debilitatem. Et postea dicuntur occidentales debiles quo usq veniant ad directionem: et a directione donec sint elongati a sole tatum quantum solent elongari a principio retrogradationis dicuntur orientales fortes. Deinde sunt debiles orientales et quo usq opprimantur sub radīs solis: et postea dicuntur uniti cum sole: deinde combusti eunes ad apparitionem: et ab apparitione eoz usq ad elongationem eoz a superiori parte epicicli per 6 o gra. sunt occidentales fortes: et ab hoc loco usq ad retrogradationem sunt occidentales eunes ad debilitatem: et postea usq conjunctionem sunt occidentales debiles. Si vero non intelligeres ista hoc modo esset falsa cum non sit possibile eos elongari a sole: usq ad 6 o gra. in zodiaco. Postea dicit quoniam aliquis planeta exit de sub radīs solis et nulli coniungitur corpore vel aspectu est in suo lumine proprio.

Sese illorum erga se inuicem. prius determinauit de his que accidunt planetis in semetipsis: et de his que accidunt quoniam planetis erga luminaria. Hic determinat de his que accidunt planetis ad se inuicem. Et posset diuidi in tot ptes quae sunt modi accidentium que accidunt planetis ad inuicem. Et possunt reduci ad 16 modos secundum suam litteram qui sunt isti coniunctio: vacuatio: cursus: feralitas: translatio luminis: redditus luminis: prohibitio: pulsatio nature: receptio: redditus nature: refrenatio siue contrarietas: frustratio: abscisio luminis: veneratio: destructio: obsessio: dilectio et odium. Ista exponit auctor in ista p ordinem usq ad finem istius dictionis. Secunda pars partis est talis. Coniunctio est cum fuerint duo planetae in duob signis que se aspiciunt aliquo aspectu: et ille qui fuerit levior iter eos. i. velocior in motu transuerit de suo signo pauciores gradus quam ponderosus. i. tardior motu de suo signo: ita quod dies ista fit 6 gradus. vel infra: et tunc deinceps levior vadit ad coniunctionem ponderosioris: verbi gratia: ponere quod sol sit in ariete et transuerit de ipso ariete 6 gra. et Mars sit in Leone et transuerit de ipso 1 2 gra. iste duo signa aspiciunt se aspectu trino. Et sol qui est velocior in motu quam Mars transuerit pauciores gradus de ariete quam mars de leone: et sunt in dies 6 gra. In pposito exemplo sol vadit ad coniunctionem martis de aspectu trino. Et si sol esset in 1 2 gradu arietis: et mars in 1 2 gradu leonis: tunc esset coniunctio completa. Et si sol esset ultra duos decimum gradum arietis marte existente in 1 2 Leonis: tunc esset inter eos separatio. Et hec vocatur coniunctio longitudinis. Coniunctio autem longitudinis est cum fuerint duo planetae in uno signo coniuncti corporaliter et fuerint equalis longitudinis ab ecliptica ita quod latitudo unius sit ascensus in septentrione et alterius descendens in septentrione vel unius descendens in meridie et alterius descendens in meridie. Tunc si fuerit coniunctio ex aliquo aspectu et latitudo unius fuerit septentrionalis ascensus: alterius meridiana ascensus. Verbi gratia: ponere quod luna coniungatur saturno in aliquo signo: et in aliquo gradu et minuto illius ita quod saturnus sit iuxta genitum suum vadens ad septentrionem in latitudinem: et sit eius latitudo 3 minutus: et luna appropinquet ad caudam draconis veniens a septentrione minuens latitudinem; ita quod eius latitudo similiter sit 3 minus

Cōmentum Joānis de saronia

torum huc est cōiunctio verissima quantum ad longitudinem & latitudinem. Et in hoc casu luna eclipsaret saturnum nisi diuersitas aspectus lune esset tanta qđ impediret. Et auctor dicat qđ latitudo vnius debeat esse ascendens & alterius descendens: tamen videtur mihi qđ in coniunctione corporali in omni casu quo contingere poterit qđ latitudines ambo sint equaes ad eandem partem. Tolo dicere qđ ambe latitudines sint septentrionales vel ambe meridionales erit p̄iunctio latitudinū veridicā: et in aspectu oppōnis si latitudines fuerint equaes in diuersis partib⁹ ita qđ vna sit meridionalis & alia septentrionalis erit aspectus veridicus quātum ad latitudines.

Et cum separat vnuis planeta ab alio.

Hic ponit vacuationem cursus. Dicit quando aliquis planeta fuerit cōiunctus alteri corpore vel aspectu: et post separationem ab illo non coniungitur alicui alteri corpore vel aspectu quādiu fuerit in illo signo tūc dicitur esse vacuus cursus. Verbi gratia: pono qđ luna iungatur Ioui corporaliter in sagittario: et post separationem eius a ioue non sit aliquis planeta in sagittario cui possit coniungi: nec radij alicuius quem possit aspicere in hoc casu luna est vacua cursus donec exeat de sagittario & iungatur alicui planete corpore vel aspectu.

Et si fuerit planeta in aliquo signo.

Dicēqñ aliquis planeta fuerit in aliquo signo vbi nullus alter planeta sit nec radij alicuius ille planeta quādiu fuerit in signo illo sic se habente dicitur esse feralis: sive sylvestris in similitudine hominis non habentis societatem in aliquo.

Et cum fuerit separatus

Dicit qđ planeta velocioris mot⁹ separauerit se a planeta tardioris motus & in separādo se ab eo iungaē alteri tunc trāsferit nām p̄mi ad secūduz. Verbi gratia: pono qđ luna separat a p̄iunctione corporali iouis: et anteqđ cōpleat separatio qđ iungat saturno aliquo aspectu: vel corporaliter luna transfert tunc naturam Iouis ad saturnum. Sit etiam alio modo translatio. scilicet quando planeta leuis coniungit ponderosiori se: et ille ponderosus alteri adhuc ponderosiori se tunc mediis transfert nām leuis ad p̄oderosiorem. verbi gratia: pono qđ luna aspiciat ioue aliquo aspectu & imp̄iter aspiciat saturnum. Jupiter in hoc casu transfert nām lune ad saturnum.

Si autem non coniungitur

Dicit qđ qđ duo planete suerint hoc mō dispositi qđ vnuis eoz non iungitur alteri: sed ambo iunguntur alicui tertio: tunc si ille tertius aspiciat aliquem locum ex locis circuli prōiectum lumen illorū duoz ad illum locum. Et si aliquis planeta fuerit in loco radiorū suorū reddit illi lumen illorum dnoz. Verbi gratia: pono qđ sol sit in capricorno & venus in piscibus: ita qđ non aspiciant se. Deinde pono qđ mars sit in cancero aspiciens solem de opposito & venerem de tertio in hoc casu mars recipit lumen solis & veneris: et reddit lumina ipsorum ad loca circuli in quibus sunt radij martis: et hoc vocatur redditus luminis. Sit etiam alio modo redditus luminis quando duo planete non aspiciunt se: sed tertius transfert lumen vnius ad alterum: ita qđ separetur ab uno & iungatur alteri: et tunc idem est qđ translatio.

Sequitur prohibitio.

Dicit qđ tres planete suerint in uno signo sed in diuersis gradib⁹ & ille qđ fuerit tardior motu trāsuerit plures gradus illius signi quā alijs alioz duoz tunc mediis eorum p̄ibet p̄iunctionem leuioris cum ponderoso. verbi gratia: pono qđ saturnus

sup textu Alchabitij. 50

fit in 1 2 gradu virginis: et pono quod mars sit in quanto gradu eiusdem virginis. in hoc casto
mars petit conjunctionem saturni. Sed pono quod luna sit in 8 gradu eiusdem virginis in hunc
casu non esset iudicandum quod mars coniungeretur saturno: quod luna est in medio et prohibe-
bet eius conjunctionem. Fit etiam prohibitio alio modo: ita quod duo planete sint in uno si-
gno et leuior iungitur ponderosiori et alter planeta aspiciat eundem ponderosum et aspe-
ctus eius sit ita prope sicut coniunctionis corporalis alterius: tunc ille qui corporaliter iungit
gur prohibet aspicientem ne aspiciat. Et si in hoc casu unus illos fuerit propinquior
quod alter ille qui fuerit propinquior optinet et dicitur iungi ponderosiori. Verbi gratia:
pono quod saturnus sit in 1 2 gradu virginis: et mars in 8 gradu eiusdem. Et pono quod iupi-
tter projicit radios suos ad octauum gradum virginis in hoc casu mars prohibet
aspectum iouis. Sed si iuppiter projiceret radios suos ad nonum gradum esset iudicandum
quod iuppiter aspiceret saturnum: et cum hoc prohiberet coniunctionem mar-
tis. Et si iuppiter projiceret radios suos ad 7 gradum esset iudicandum quod mars iun-
geretur saturno et cum hoc prohiberet aspectum iouis.

Et si iungitur planeta domino illius signi.

Dicit quoniam aliquis planeta iungitur per aspectum domino illius signi in quo fuerit vel exaltatio-
nis vel triplicitatis vel termini vel faciei deinde mittere nam domini illius dignitatis ad
ipsorum cuius fuerit dignitas. Verbi gratia: pono quod sol sit in capricorno aspiciens saturnum
existentem in virginem. in hoc casu sol est in domo saturni et mittit nam ipsi saturni saturno.
Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco ubi habet dignitatem aliquam. verbi gratia
quod sit dominus sua vel exaltatio et aspiciat aliquem planetam ponderosorem se quod nullam ha-
beat dignitatem in loco eius deinde leuis mittere suam fortitudinem ponderoso: verbi gratia: po-
no quod luna sit in taurum. scilicet in exaltatione sua et aspiciat saturnum existentem in virginem de tri-
no. in hunc casu luna nam suam siue virtutem mittit ipsi saturno id est saturnus nullam habet digni-
tatem in loco lune. Sed si saturnus habet dignitatem in loco lune. verbi gratia: pono quod luna
sit in 2 4 gradu tauri in exaltatione sua et in termino et facie saturni et aspiciat sa-
turnum mittit saturno nam propriam et naturam saturni ratione termini et faciei sue.

Et quoniam fuerint in aliqua dignitatum suarum.

Dicit quod quoniam planeta leuior aspicit ponderosorem se et leuior habet dignitatem in loco quo
est et ille quem aspicit etiam habet ibidem aliquam dignitatem tunc leuis mittit ponderoso utrasque
nam. scilicet suam propriam: et illius quem aspicit: et hec missio vocatur receptio. verbi gratia: pono quod
sol sit in ariete in exaltatione sua et in domo martis et aspiciat marte aliquo aspicit. in
hoc casu sol mittit nam suam propriam et cum hoc nam martis ratione dominus sue: et
mars recipit solem a domo sua. Et si contingat quod planeta inferior sit in dignitate super-
ioris et contra superioris in dignitate inferioris illa est melior receptio que esse potest.
verbi gratia: si sol in ariete in domo martis et mars in leone in domo solis et sol aspiciat
martem aspectu tertio talis receptio est integra et perfecta.

Hinc sequitur redditus. Dicit quoniam inferior planeta aspicit superioris
vel retrogradus. in hunc casu superior redditus inferiori virtute quem sibi misit: quod per debilitatem
suam non potest retinere eam. Et si in tali casu veterius fuerit in angulo vel in succedenti tunc red-
ditus fit cum percuso. Et si inferior fuerit in angulo et superior non ita tunc quod superior recipiat in
superioris talis redditus et fit cum percuso. Et si inferior fuerit cadens ab angulo et superior in
angulo fit redditus cum percuso. Et si ambo fuerint cadentes redditus fit cum detrimetum.

Cōmentum Joānis de saxonīa

verbi gratia: pono q̄ luna sit in tauro et aspiciat mercurium existentem in capricorno cōbussum; in hoc casu luna mittit mercurio naturam suam. Sed q; mercurius est cōbusus non potest retinere naturaz sibi missam: ideo reddit lumen illud quod recipit ab ea et si in hoc casu ambo fuerint in angulis redditus est proficuus etc.

Beinde sequitur almenē. Dicit qn̄ planeta inferior vult p̄iu-
ctio inferior sit retrogradus hoc vocat refrenatio: verbi gratia: pono q̄ saturnus sit
in 1 2 gradu virginis: et venus in principio viginis vadens ad p̄iunctionē saturni. Sed
cum puenerit venus ad 8 gradū vel nonum. s. anteqz p̄tingat saturnum icipit retroce-
dere: in tali casu refrenaſ venus ne p̄iungatur saturno: et idem intellige de aspectu si
iret ad aspectum: sed anteqz aspectus completeretur inciperet retrocedere.

Hanc sequitur alchorad. i. p̄trarietas. Dicit qd̄ cō-
trarietas est qn̄ tres planete fuerint in uno signo quoꝝ vn̄ sit p̄oderosus: et alijs duo leues: et vnus/
quisqz duoz leuium trāsuerit p̄oderosuz et alter petat p̄iunctionem p̄oderosi: sed an-
teqz p̄iungaf ponderoso: ille qui trāsuerit p̄oderosum sit retrogradus et p̄iungiſ p̄o-
deroso per retrogradationē: et obuiat alteri leui: tūc retrogradus destruit p̄iunctio-
nē illius cui obuiat cum p̄oderoso. Verbi grā: pono q̄ sit saturnus in 8 gradu viginis:
et mars sit in 1 2 gradu eiusdē: et iuppiter sit in principio virginis petens p̄iunctionē sa-
turni: sed anteqz p̄iungaf sibi: mars icipiat retrogradari et p̄iungi saturno per retro-
gradationē et obuiet ioui in hoc casu mars destruit p̄iunctionem iouis cum saturno.

Sequitur alpharim idest frustratio. Dicit qd̄ fru-
stratio est qn̄ planeta leuis petit p̄iunctionez p̄oderosi: sed anteqz cōpleaf p̄iunctio ponderosus in-
trat alind signū et sint radij alicuius alterius planete in principio illius signi tunc qn̄ le-
uis volens p̄iungi ponderoso itrat illud signum p̄iungiſ radijs illius planete ibi aspi-
cientis: et sic annullaf p̄iunctio p̄ma: verbi grā: pono q̄ saturnus sit in 2 9 gradu leo-
nis et mars sit in 2 4 gradu eiusdē petens p̄iunctionē saturni. Sed anteqz iungiſ mars
saturno saturno itret viginē: et pono q̄ iuppiter aspiciat pmū graduz viginis: in b̄ casu
mars exiens de leone p̄iungiſ radijs ionis: et sic annullaf p̄iunctio martis et saturni.

Hac quoqz sequit̄ abscisio luminis. Dicit q̄ ab-
scisio luminis est qn̄ alijs planeta leuis petit p̄iunctionem ponderosi et in secundo signo a signo p̄o-
derosi sit alter planeta: sed anteqz leuis iungiſ ponderoso ille qui est in secundo signo
sit retrogradus et iungiſ ponderoso: in tali casu retrogradus abscindit lumen ponde-
rosi a planeta qui volebat ei iungi. Et est quasi idem qd̄ p̄trarietas: sed differt in hoc: qz
in p̄trarietate planeta retrogradus: nō solum iungitur ponderoso: sed etiam iungiſ
leui qui volebat iungi ponderoso per obuiationez et potest exēplificari sicut ibi fuit di-
ctum. Sit etiam alio modo abscisio luminis. s. quādo planeta leuis petit p̄iunctionez
ponderosi et ille ponderosus petit coniunctionem alterius p̄oderorioris et iungitur ei
anteqz leuis iungatur primo ponderoso. Verbi grā: pono q̄ mars petat p̄iunctionem
ionis et iuppiter petit p̄iunctionem saturni et anteqz mars iungiſ ioui iuppiter iunga-
tur saturno: in tali casu saturnus abscindit lumen iouis a marte.

Sunt quoqz his planetis. Dicit q̄ planete in qbusdā locis
et in qbusdā locis fiunt fortunē et in qbusdā infortunē. Fiunt fortune in aspectu tertili
vel

vel tertio honorum & vt in fortune sint cadentes ab eis iuxta q̄ intelligēdūz est q̄ q̄n aliquis planeta est in eodem signo cum alio vel in quarto vel in septimo vel decimo ab ipso dicitur esse in angulo ab illo. Et si fuerit in scđo signo ab ipso vel in q̄nto vel in octauo vel in 1 2 d̄z esse. ab ipso in succedēti. Et si fuerit ab ipso in tertio signo vel in 6 vel 9 vel 1 2 dicitur esse in cadenti ab ipso. Siunt etiam fortune q̄n separantur ab una fortuna & iungūtū alteri aut qđ sint iter radios duarum fortunaz & hoc vocatur veneratio a quibusdam. Siunt etiam fortune quādo sunt vnitū cum sole in eodē gradu: aut qđ sint in eius aspectu tertio vel sextili vel in aspectu trino vel tertili lune: & t̄t ut sint aucti numero & lumine: & quod sint in aliqua dignitatuz suaz vel in suo haim. Et planete siunt fortiores quādo ascendunt in circulo augis & quando sunt septen-trionales vel ascendunt in septētrione. Similiter fortificantur quando sunt in statio ne secunda euntes ad directionem. Similiter quādo ereunt de sub radijs solis & q̄n sunt in angulis vel in succedētibus. Et tres superiores fortificantur quādo sunt oriētales. Et si aspiciunt solem aspectu sextili augmentatur eoz fortitudo. Similiter quando fuerint in quartis masculinis vel in signis masculinis. Fortitudo solis etiam augmentatur in quartis & in signis masculinis preterq̄z in libra. ibi enim nō fortificatur propter casum ab exaltatione sua l̄z libra sit signum masculinū & etiam in quadra masculina. Et tres inferiores planete licet existentes sub sole fortificantur quando sunt occidētales a sole: & in quartis & in signis femininis. Et luna fortificatur cum fuerit in nocte super terram: & in die sub terra & cum fuerit in signo & in loco feminino & cū fuerit in exaltatione solis scilicet in ariete.

Ex infortunio vno planetarum. Dicit q̄ planete siunt infortune idest ifortuantur quādo sunt in aspectibus maloz: & quādo cōiunguntur malis per corpus vel per aspectum ita q̄ iter eos & corpus mali vel iter eos & radios mali sit minus termino vnius planete. Et ifortuantur quādo sunt in terminis malorum aut in domibus maloz. Uerbi grā: iuppiter vel venus ifortunat in terminis saturni & martis: & in dominib⁹ eoz. Et sīl ifortunat quādo ifortune eleuatur super ipsos ita q̄ sint ifortune in 10 vel 11 signo ab ipsis. Juxta qđ intelligēdūm est qđ planeta eristēs in 10 signo ab alio d̄z eleuari super ipsum: sicut eristēs in 10 domo eleuatur super ascendēs: & si istud fiat sine receptione est peius. Uerbi grā: pono q̄ iuppiter sit in pncipio sagittarū & saturnus in pncipio virginis. in hoc casu saturnus eleuat super iouem. Virgo enim est decimū signū a sagittario. Infortunat etiam q̄n in punctione solis: vel in opposito solis: vel in aspectu eius quarto. Etiāz ifortunat q̄n sunt in capitibus suorum gēçahar: idest in iterationibus deferētūm eoz cum ecliptica siue in capite vel cauda draconis eoz: vel prope hec loca per 1 2 gradus vel ifra marime si in his locis luna fuerint impedita ab eis: vel sol. s. vt luna: vel sol iūgatur eis in his locis vel aspiciat eos aspectu inimico. Ratio autem quare ifortunat in his locis est: q̄ possunt ibi eclipsari. Infortunat etiam quādo distat a sole per quatuor gradus ante vel retro. Et quādo fuerint iter corpora vel radios duoz malorum: ita q̄ separētur ab uno maloz corpore vel aspectu & iungātur alteri malo: aut fuerit malus vel radū eius in signo qđ est ante eum & alter malus vel radū eius in signo qđ est post eum: tūc enim dicitur obseßsus. Uerbi gratia: pono q̄ iuppiter sit in virgine & in 11 gradū: & mars vel radū martis sint in 10 gradu eiusdem & saturnus vel mars sint in 1 2 gra. eiusdem in hoc casu iuppiter diceretur obseßsus a duabus ifortunis eodem modo dicif de signis q̄ sunt obseſſa q̄n unus malus est in eius pncipio & alter i eius fine. Sed q̄n

Commentum Joannis de saronia

sol vel fortuna aspicit planetam vel signum obfessum aspectu fertili: vel tertio ita q̄ sit aspectus ad 7 gradus ppe vel infra:tūc per talem aspectum soluit obfessio. Infortunantur etiam quādo sunt retrogradi vel cōbusti aut cadentes ab angulis. Et debilitantē qn̄ sunt tardi cursus ita q̄ vadant minus medio motu eoz. Et qn̄ sunt in statione pma euntes ad retrogradationem: aut q̄ sint in gradibus tenebrosis: aut planete masculini in signis vel gradibus femininis: et in die sub terra et in nocte sup terrā: aut feminini in signis masculinis et in gradibus masculinis: et in die sup terram et in nocte sub terra. Hoc enim est p̄rium suo haim. i. similitudini eoz. Et debilitatur siue ifortunantur qn̄ sunt in locis oppositis dignitatum suap: aut q̄ sint in latitudine meridiana ab ecliptica maxime si fuerint descendentes in eadem latitudine: aut sint in via cōbusta. s. a medietate libre usq; ad medium scorponis: aut sint iuncti planete retrogradō: aut cadētes: aut qd̄ nō sint recepti. Et tres superiores. s. saturnus iuppiter et mars debilitatur cum fuerint occidentales a sole: aut in quartis femininis: et sol debilitat in signis et in quartis femininis: nisi fuerit in nona domo: qr in illa gaudet. Tres inferiores. s. venus mercurius et luna debilitant in signis et in quartis masculinis. C Et dī de planetis qd̄ sunt qdam eoz seiuicem diligētes. Dicit q̄ quidam planete diligunt seiuicem: et quidam habent se odio: et patet in litera. et sic completa est expositio tercie differentie Alchabitij introductorij ad iudicium.

Oifferētia quarta in expositione nomi- num astrologicorum

Lopletis tribus differētis hu-
ius libri in qbus auctor determini-
nauit de esse circuli signor essentiali et accidentalī in pma dīa: et de naturis septē pla-
netar̄ in scda dīa: et de his que accidūt septem planetis in semetiphs: et ad inuicez. s.
in tertia differētia. Sequitur quarta dīa in qua exponit nomina quibus vñstur ma-
gistrī indicioz et docet ea applicare ad opus. et potest tota ista differētia diuidi in 16
partes s̄m 16 capitula que ponit in ea. In primo capitulo loquīt̄ de piunctionib⁹
magnis cōnumerando eas. In scdo capitulo docet iuestigare gradum ascēdentē ali-
cuius nativitatis. In tertio capitulo docet eligere locuz vite in nativitatibus. In qr̄to
capitulo docet eligere datorem annoz vite in nativitatibus. In. 5. docet eligere
planetā dñatorem nativitatis qui preest nato post hylech et alcochode. In. 6. tractat
de pfectu annoz nativitatis et mudi. In. 7. c. docet dirigere significatorē quēlibet ad
quēlibet locum circuli. In. 8. docet dirigere gradū ascēdentem in nativitatibus. In
9. docet iuenire duodenarias planetar̄ et domoz. In. 10. docet iuenire nouenarias
In. 11. docet iuenire decanū. In. 12. docet iuenire dñm orbis siue hoze. In. 13.
docet iuenire annos fridarie in nativitatibus. In. 14. docet cognoscere q̄s planetas
rū eleuaf sup alterz. In. 15. docet iuenire qn̄ sit aptio portaz. In. 16. loquīt̄ de ho-
ris fortunatis et ifortunatis: ubi partes icipiant patebit in pcessu. In pmo ḡ capitulo
loquīt̄ ḡnaliter de magnis piunctionib⁹ et dicit q̄ piunctiones magne sunt res signi-
tes destructiones siue mutationes que sunt in h̄ seculo: et sunt. 6. in numero. C Pri-
ma maior oībus piunctionib⁹ est piunctio iouis et saturni in pncipio arietis et hoc
fit in 960 annis semel. CSedā piunctio est mutatio piunctionis iouis et saturni de
vna triplicitate ad aliam et hoc fit in 240 annis semel. Et quādo venit piuctio eoz
ad aliquā triplicitatē anteq̄z exeat illā duodecies piunguntur. Terbi gra: piuctio iouis
et saturni nūc est in triplicitate aerea et icipit in signo geminoz anno dñi 1325 ab il-
lo r̄te in 20 annis. Lanno dñi 1345 piungentur in aquario et ab illo in 20 annis

Coniungentur in libra et postea in geminis: et ita secundum hunc ordinem donec in his tribus signis duodecies coniungantur et si multiplicaueris 20 per 12 inuenies 240 annos post quos coniunctio mutabit se et iterabit triplicitatem aquatica et stabit ibi sicut per 240 annos: et sic de alijs triplicitatibus intelligas: et intelligas quod sicut dicit quod coniunctio maxima reuertit in 960 annis ad principium arietem. id est triplicitatem igneam: ita coniunctio itans principium alicuius alterius triplicitatis non reuertit ad principium eiusdem nisi post 960 annos stabit igitur ut supra dictum est in qualibet triplicitate 240 annis et cum triplicitates sint quatuor. multiplica igitur 240 per quatuor: et inuenis 960 annos. Tertia coniunctio est martis et saturni in carcino que fit in quibuslibet 30 annis. Quarta coniunctio est iouis et saturni in quoque signo fuerit: et hoc fit in 20 annis semel. Quinta coniunctio est itroitus magni luminaris in secundum minutum equinoctii vernalis. id est arietis. Sexta coniunctio est solis et lune et eorum oppositio. Et quoniam dicitur ascensus coniunctionis magne intelligatur de ascidente. scilicet itroitus solis in arietem in illo anno in quo debet fieri illa coniunctio. Verbi gratia: coniunctio iouis et saturni fuit in geminis anno domini 1325. Et ascensus itroitus solis in arietem in illo anno fuit taurus et gra. taurus ergo est ascensus illius coniunctionis. Iste coniunctiones que dicte sunt vocantur coniunctiones magna. Alio multe sunt coniunctiones in planetis quorum numerus est 120 secundum Ptolemeum in 50 propositione centiloquij. Dicit enim ibi. non obliuiscaris esse 120 coniunctiones que sunt in stellis erraticis. In illis enim est maior scia eorum que sunt in hoc mundo suscipienti incrementum et decrementum. Et Haly ibi in cometo numerat eas: et dicit quod quedam sunt coniunctiones binarie et quedam trinarie quedam quadrinariae quedam quinariae quedam senariae quedam septenariae. Binaria autem coniunctio est quoniam duo planetae tantum coniunguntur: et hoc potest 2 modis variari. Ternaria coniunctio est quando coniunguntur tres planetae et hoc potest variari triginta quinq[ue] modis. Quadrinaria coniunctio est quoniam coniunguntur quatuor planetae: et hoc potest variari sicut 35 modis. Quinaria coniunctio est quando coniunguntur quinque planetae: et hoc potest variari 2 modis. Senaria coniunctio est quando coniunguntur sex planetae: et hoc potest variari 7 modis. Septenaria non est nisi una scilicet coniunctio omnium septem planetarum. Et si computanteris seu addidieris hos numeros predictos ad invicem inuenies 120. Qui voluerit singulas numerare inueniet eas numeratas in cometo propositionis preallegate.

Ex hoc animodar quod est. In hoc capitulo auctor docet investigare gradum ascidente alicuius nativitatis supposito quod sciat signum ascendens et ignoretur gradus: et hoc docet secundum suam Ptolemei non secundum propriam intentionem. Dicit enim Ptolemeus in 34 propositione centiloquij Almusteli super locum coniunctionis vel praeuentoris est in consimili gradu anguli ex angulis omnis nativitatis humanae que fuerit in illa coniunctione vel praeventione. Et omnis gradus qui non est simili gradui almutem super locum coniunctionis vel praeventionis non est angulus alicuius nativitatis humanae. Sententia litera talis cum volueris inuenire gradum ascendentem nativitatis alicuius considera coniunctionem solis a luna que precedit nativitatem vel oppositionem si precedit oppositionem. Si precedit coniunctio nativitas dicitur coniunctionalis: si precedit oppositione siue praeventione quod idem est nativitas vocatur praeventionalis. Si nativitas fuerit coniunctionalis considera gradum in quo coniunguntur lumen et gradum zodiaci in quo fuit coniunctio precedens illam nativitatem. et vide quis planetarum sit fortior in gradu per multitudinem testimoniorum. ille enim est almutem super locum coniunctionis. Equa ergo eum ad horam nativitatis quo equas

Commentum Joannis de saronia

to constitue ascendens ad horam nativitatis sūm estimationeꝝ ita tamen qꝫ his certus
de signo ascēdente. Si enim deficeres in signo h̄c regula nō valeret tibi. Habitò igit̄
signo ascēdente hora nativitatis: p̄idera vtrūz locus planete quem equasti tali dispo-
sitione stante fit p̄pinquior gradui ascēdentis: vel gradui decime domus ⁊ cui eorū
fuerit p̄pinquior. hunc angulum facies similem gradui planete. h̄c est: pone tot gra-
dus signi existentis in angulo quot gradus pertrāsūt planeta de signo in quo est. Et
vt euidentius pateat s̄nia litere. pono in hoc exemplum. C̄ Pono qꝫ in hora nativita-
tis alicuius ascēdens fuit libra: sed nescio quis gradus eius: et pono qꝫ nativitas fuit
piunctionalis ⁊ cōiunctio precedens eam fuit in 6 gradu aquarū video qꝫ saturnus
est fortior in illo gradu. ergo equabo saturnum ad horam nativitatis ⁊ ponatur qꝫ in-
ueniam eum in 20 gradu viginis video qꝫ saturnus in hoc casu est p̄pinquior ascē-
denti qꝫ medio celi sc̄m ascēdens estimatum: faciam ergo angulum ascēdentis ad
silitudinem gradus saturni. h̄c est ponam vigeſimum gradum libre in ascēdente ⁊ si
fuisse p̄pinquior medio celi fecissem angulūz medij celi vigeſimū gradum signi ibi-
dem exiſtētis. Si aut̄ nativitas preuētionalis fuerit op̄aberis per gradum oppositio-
nis ſicut nūc tibi dixi de gradu piunctionis. i. p̄iderabis planetam habentem plures
fortitudines in gradu oppōnis. Sed dubium eſt de gradu preuētionis cum in preuē-
tione ſive oppositione ſol ſit in uno gradu ⁊ luna in oppoſito quē ergo gradū accipie-
mus pro gradu preuētionis vtrū gradum ſolis vel gradū lune. Dicit auctor ſūm intē-
tionem Ptolemei qꝫ gradū illius luminaris accipe debemus qđ fuerit ſup terrā. Sed
ad huc reſtat dubium. Non qꝫ vnu luminare ſit in ortu reliquz in occaſu ⁊ ſic neu-
trum erit ſup terram nec ſub terra. Dicit auctor qꝫ qdam ſapientes dixerūt qꝫ debe-
